

A1^v

JOHANNES STIGE-
LIVS AD LECTOREM.

Artibus ingenuis teneram formare iuuentam
Qui studet, atq; animos adiuuat arte rudes.
Et quid de patriæ minus ille salute meretur,
Quam populos legum qui ratione regit?
Præparat ingenium rerum preceptor ad vñus,
Qnod sine doctrina quid nisi nomen habet:
Et funt qui rigido suspendant omnia Naſo,
Quæ non perugilem tota Cleanthen alent.
Definite ô ronchi, non hac sine cortice nanti,
Sed pueris author qualiacunq; dedit.

FRIDERICVS WI-
DEBRANDVS AD LECTOREM.

Quæ paſim micas doctorum è diuite cœna
RICCIVS hinc ſparfas inde iacere videt,
Hoc, velut in cophino, congeſtas vndiq; ſcripto:
Ne pereant, cautus prouidus arte legit:
Gratificatus ijs, quibus eſt anguſta ſupelleخ,
Atq; opis externæ freta fauore fames:
Non minus interea ſua libera cuiq; facultas
Fercula pro micis promere lauta manet.

A2^r

EXIMIÆ SPEI,
PRÆCLARÆ INDO-
LIS PVERIS SIXTO ET
Andreæ fratribus, insigni pietate,
doctrina & virtute præstantis Viri
M. Sixti Brunonis Reipub. Num=burgenīs ἀρχιγραμματεῖος ac Syn=dici filijs,
M. STEPHANVS RICCIVS
S. P. D.
ARISTIPPVS à quopi=
am interrogatus, quan=
tum pro intituendo fi=
lio eius postularet mer=
cedis, respondisse fertur,
mille drachmas: ille vero hercle
ait permagnum postulatum: feruum
enim comparare mille drachmis
possum, duos, inquit Aristippus,
habebis feruum & filium, & quem
mercaberis: Non minus scitè, quam
verè significans, plurimum momen=

A 2 ti

A2^v

PISTOLA

ti positum esse in liberali filiorum
educatione, nec vlli operæ aut
sumptibus parcendum, qua liberi à
seruis & liberalis ab illiberali di=
scernatur conditione. Quemad=
modum enim in agrorum cultura
considerandum est diligenter, quæ
primum fit soli natura, quæ deinde
agricolæ, & deniqû spargendi semi=
nis qualitas: sic in liberorum insti=
tutione parentes, & omnes qui ho=
rum tuentur vicem, parteqû sulti=
nent accuratum faciant iudicium
oportet de singulorum ingenio &
natura, de eruditione & moribus il=
lius, qui præficiebatur, magistri, &
de doctrinis præceptifuè, quibus
primis, quibus grandioribus imbu=
antur animis.

Quod si hæc diligentia & cura
non fuerit adhibita, periculum est,
ne optimæ etiam ac fœlicissimæ in=
dolis adolescentes corrupti, ad eos
se accommodent mores, qui ipsis

non

A3^r

DEDICATORIA.

non tantum, sed toti etiam ipsorum
genti ac familiæ labem aspergant.
Lubrica enim est adolescentiæ via:
Labuntur multi, cum aliquo usq;
iam sint progresi: Cursum vero
conficit is unus, qui inititur optimis
cognitionibus, ducemq; sequitur
naturam, non qua parte malum, sed
bonum appetit ac prosequitur: ean=

demq; cotidie utilibus adiuuat
præceptis, qua vim insitam promo=

ueat: Vnuq; omnium magistrorum
præcepta superante confirmat. Nā
et si largimur cuiquam adeò bonam
inesse naturam, vt humanam viden=

tur excedere conditionem, nisi ta=

men disciplina, teste Xenophonte,
qui in cineribus quasi latent ignicu=

li naturæ exuscitentur & crebra ex=

ercitatione perficiantur, omnis e=

ius pereat fructus necesse est. Vt

ergo infantium membra, quem=

admodum Plutarchus inquit, si=

mul ac nati sunt, formari com=

A3 ponit

A3^v

PISTOLA

poniqu debent, & recta minimequ
obliqua fiant: Ita puerorum mores
principio apte, concinnequ fingere
conueniet. Etenim nouella illa æ= tas ad fingendum facilis & tenera
est pro ipso animis, dum molles
adhuc sunt, disciplinæ melius instil= lantur.

Quanquam vero omnium æta= tum historiæ sappeditant exempla
prætermis ac neglecti officij pa= rentum in educandis liberis, & præ= posteræ informandis institutisqu ijsdem rationis: hoc tamen nostro seculo hoc vitium, vt cætera omnia, ita profundas agit radices, lateq patet, vt nunc magis, quam olim, CRATIS vocem opus esse videatur. Is enim dicere solebat, si liceret, vbi in altissimam vrbis partem con= scandisset, se vociferaturum: Quor= sum ruitis homines, qui omne in comparandis pecunis vestrum studiu= dum ponitis, filiorum vero quibus eas

A4^r

DEDICATORIA.

eas relinquitis, nullam fanè curam
fufcipitis?
Quæ dum cogito: non possum
non gratulari vobis, honesti ac o= ptimæ ſpe i pueri, eam fœlicitatem,
quæ omni iure ſibi primas vendicat, quod ſcilicet ijs prognati ſitis
parentibus, qui ipſi non folum omni virtutum laude cumulati in hoc
vnum incumbunt, vt ſibi quam ſimili efficiamini, verum ad eandem etiam vos laudem voce pro
exemplo ſuo aſſiduè cohortantur, vt in vera pietate primum, deinde etiam in optimarum artium diſcipinis honestisqû ſtudijs inſtituendos curent, vt pote qui intelligunt ac verè ſentiūt his adminiculis nullam vitæ partem, nullam viuendi rationem carere poſſe.
Ea vero vno Philosophiæ comprehenduntur nomine, cuius fine controuerſia medulla eſt ars poetica, non ludicra quædam doctrina,
aut

A4^v

PISTOLA

aut talis, quæ puerorum animos
vana quadam oblectatione demul=
cet, sed qua omnis doctrina ele=
gans, omnis ingenio digna homine
cognitio, omnis deniqu sapientia
continetur. Huc accedit, quod in=
ter omnia disciplinarum genera
nullum fit, quod æque animos
mortaliū trahat & afficiat,
atqu hæc ipfa, qua nihil cedro dig=
nius. Cedrinis autem cum olim
prīci inscriberent carmina tabulis,
Poetas immortales esse, horumq
cripta nulla vetustate deletum iri
significabant. Et Ennius Poëtas
nulla alia de causa sacerdotes ap=
pellauit, quam quod DEORVM
quasi singulari beneficio pro dono
mortalibus commendati esse vide=
rentur: Eodemqu Plato, At quan=
tus vir? modo sapientiæ Patres ac
duces, modo DEORVM interpre=
tes, DEORVMq; filios vocat.

Quare

A5^r

DEDICATORIA.

Quare cum propediem sit in
publicum proditura P. Terentij
Andria, nouis argumētis & scholis,
phrasibus latini sermonis, insigni=bus deniqū doctrinis Ethicis à me il=lufrata, hunc commentarium vo=bis inscriptum, dicatumqū emitto,
cum vt meum de vobis iudicium
declarem & voluntatem, tum ve=ro, vt vobis sim non tam author ad
nobilem illam ingenij, doctrinæq
contentionem fuscipiendam,
quam vt vos strenuè iam currentes
licet pueros incitem incitatis quasi
calcar addam, vt quam semel fœli=ci auspicio & alaci animo ingresfi
estis viam, nevnquam villa deterriti
difficultate desperatis, quo non pa=tria solum ac Respub: verum etiam
Ecclesia Christi, ad quam iuuandam
omnibus officijs præcipue nati fu=mus, in exoptatissimo studiorum
vertrorum fructu aliquando velut
conquiescat & læretur. Datæ ex

A5 Lyf=

A5^v

PISTOLA
Lyffana Præpositura, Anno Chri=
fti 1585. Menſe Octobri, Die 4..
quo ante 45. annos Eoba=
nus Heffus Clarissimus
Poëta Marburgi
objjt.

AD

A6^r

AD

CANDI=

DVM LECTOREM

APOLOGIA M. STEPHANI

Ricci contra Aristarchos iniquos defumpta ex præ=
fatione GEORGICIS VIRGILII
germanicè redditis pre=
fixa.

QVOD VVLGARI

prouerbio dicitur, eum qui prope
publicas vias edificat, multos habere
iudices, quos ferre cogatur, id mihi
etiam vflu venire intelligo, edenti non
nunquam in publicum pagellas, qui enarrationes ve=
terum authorum, accommodatas ad vsum scolarum
puerilium, continent. Etsi enim non sine labore pro
exiguo aut penè nullo meo cum priuato commodo
discentium studijs consulere cupio: tamen sciolli ali=
qui cum de voluntate mea, tum vero & de laboribus
ipfis quibus prodeesse multis opto, nocere nemini, non
nodo inique, sed etiam acerbé, nonnunquam iudi=
cant.

Alij non decere meam perfonam aiunt, cum mi=
nisterio Ecclesiastico fungar, vt animum scholasticis
iftis operis occupatum habeam. Nonnulli labores
meos, quos in exponendis veterum authorum scrip=
tis

A6^v

EPISTOLA

tis preftare soleo, nimis tenues & pueriles esse ca= lumniantur. Quanquam vero difficile eft fatisfacere omnibus, nec folum imperitis, fed etiam malis homini= bus, quibus nihil quicquam eft iniuftius, qui, nisi quod ipſi faciunt, nihil rectum putant: Tamen hoc etiam in loco breuiter, ſimpliciterq; exponam rati= ones confilij mei, quibus me apud candide iudican= tes culpa liberatum iri confido.

Primum conflat femper Eccleſiæ Scholas con= iunctas fuiffe, vt historiæ Prophetarum, Chrifti, & Apoftolorum ostendunt. Nec folum vetutis tem= poribus, fed etium noſtra ætate, qua purior Euangelij doctrina immenſo DEI beneficio, vſitata eft. Paſtori= bus Ecceſiarum ſcimus vſitatem ſcholarum inspectio= nem commendari, ideoq; in vrbibus & pagis ædificia ludorum puerilium & parochiarum vicina eſſe vide= mus, vt ipforum adificiorum intuitu paſtores admo= neantur, fe non tantum oues, fed etiam agnos paſce= re debere, Ac mihi quidem cogitanti de συμπαθειᾳ Eccleſiæ & ſcolarum in mentem venit dulciſima σηζυγια venarum & arteriarum in noſtriſ corpo= ribus. Quemadmodum enim in corpore humano venæ arterijs ſunt adiunctæ, vt materiam gignendo= rum Spirituum ei ſuppeditent: Ita in Seboliſ in= genia educari neceſſe eft, quæ Eccleſiæ aliquando fa= lutariter feruant. Nec poteſt Eccleſia carere ad= miniculis linguarum & artium, quarum initia do= centur

A7^r

AD LECTOREM.

tentur & propagantur in scholis puerilibus. Non
igitur alienum esse à meo munere existimari debet,
quod ad ministerium docendi Euangelij in Ecclesia
vocatus, meum etiam studium & conatus in iuuani=dis & ornandis Scholis extare volui: Quod cum
nulla ratione rectius fieri posset, quam si apud adole=scientes studiosos veterum authorum lectio conferue=tur, nequaquam diligentia ista mea reprehendi potest,
qua doctissimorum virorum, qui noster seculo
vixerunt, enarrationes, quibus veterum authorum
scripta exponuntur atque illustrantur, collectas cum
bonarum artium studioſis communicare soleo.

Iubet filius DEI Dominus noster Iesus Christus Apostolos ipsos colligere fragmenta, ne quid
pereat, id non tantum de doctrina Euangelij ad posteros propaganda intelligendum est, sed etiam de reliquijs bonorum scriptorum in quocunq; genere artium conferuandis accommodari debet. Nam & artes sunt dona DEI & vitae humanae praefidia necessaria,
& ornamenta. Ecclesiæ necessaria.

Non igitur pudet me huius operæ, qua etiam
in scholaſtico ſtudiorum genere micas cadentes de
mensis preceptorum colligere, & ad discentium v=ſum aliquem, ne temere ab alijs neglectæ pereant,
conferuare ſtudeo. Id apud bonos cō minus repre=henſionem fortasse merebitur quod vocationis meæ
proprios labores non negligo interim, ſed ſucciuis
tan=

A7^v

AD LECTOREM.

tantum horis, qua scholis prodeesse possunt, elaboro.
Quod autem tempus à negotijs Ecclesiaasticis reli= quum, alij ad ocium, aut voluptates, alij ad rixas & contentiones, quibus distrahitur miserabiliter Ec= clestiæ, persequendas conferre solent, id à me ad iu= uanda dissentium studia collocarinemo sanus, vt opi= nor, finistrè interpretabitur.

Ferunt Ageilaum laudatissimum Spartanorum Regem non dignatum esse cum pueris domi ludere. Et de P. Scipione Africano monumentis literarum proditum est, saepe ad fallendum ocium ad littora Italica cum legendis Conchis marinis occupatum fuisse. Quin & Paulum Apostolum tapetis texendis, & Lucam Euangelistam picturis elaborandis aliquid studij & temporis infumuisse legimus. Nec quisquam reprehensione dignum esse existimauit vnu= quam, quod multi sancti viri, cuma necessarijs negotijs aliquid laxamenti eis conceditur, arbores ferere & hortos plantare solent qui alteri seculo profint. Qu e est igitur tam iniqua iudicandi ratio, qua inuidi atq; maleuoli quidam reprehendere hoc meum studium audent, quod, si quid mihi temporis à voca= tionis meæ laboribus proprijs super est, id ad expo= nendos atq; illustrandos bonos scriptores & ad con= feruandas reliquias enarrationum confero, quæ à do= ctis viris nostra ætate sunt traditæ & alioqui interitu= ræ essent? Sed de mea voluntate ad me purgandum atq; excusandum plura me addere opus non est, cum

A8^r

AD LECTOREM.

ad scholas prouehendas pertinent, DEO grata esse,
& bonis omnibus probari plane periusus sum. Illis
verò paucis respondebo qui cum erroris sui opinione
excellenter sibi docti videantur, qualescunq; labores
meos ita extenuant, vt editione indignos esse putent.
Ego vero & tenuitatem meorum laborum non inui=

tus agnoseo, & si scripta mea doctis legenda obtru=

derem, vanitatis & Itulcie me ipsum condemnan=

dum esse merito putarem.

Cum autem libelli à me hactenus editi, non tam

à inuenta, quàm à viris doctissimis antea tradita com=

plectantur, non tam meos labores iniqui ifti ceniores

iniustè reprehendunt. quàm cornicum. vt dicitur, o=

culos configunt, atq; obtrectationis crimen incurront,

qui prestantium virorum, quibus pares ipsi esse non

possunt, non ineruditas explicationes fuggillant.

Deinde, cum ad iuuentutis Scholafticæ vtilitatem, &

ad iuuanda tenera ingenia discentium potissimum æ

me scripta ifta qualiacunq; adornentur, in quibus

colligendi tantum laborem praestare soleo, cur ma=

gnifica potius, quàm necessaria & pueris vtilia à me

requiruntur? Laudat vetustas Græca Epicharmum,

οτι ωαισιν επε χρησιμα, & magnam ei gratiam

propterea deberi affirmat. Et Scioli ifti agre ferent,

quod ad puerorum captum nos dimittimus, quibus

cortice tali, vt naturæ paulatim affuscant, opus est.

Recte dixit quidam ex veteribus, qui puerum erudi=

re

A8^v

AD LECTOREM.

re vult eum puerum fieri neceſſe eſt. Non igitur foeli= iiter pueros docebit, niſi qui ad captum & tenera epforum ingenia ſe accommodauerit.

Quare cum non pro doctis, fed pro pueris ſcribantur, atq; edantur talia, definiant tandem Ari= ftarchi & Sycophantæ iniqui operam & laborem noſtrum contemnere, nec tam alijs quam ſibiipſis, præcipiti & temeraria censura ſua nocere ſciant. Nam dum aliena carpunt non iuftis ex cauſis, fed morbo quodam animi, re atq; facto ipſo oftendunt. ſe ex eorum eſſe numero. quibus Thesaurus iſte in ling= ua ſitus eſt, & quæſtui habeant male loqui de melio= ribus.

Quod vero & experientia didici cum vtilitate iuuentutis Scholafticæ edi tales libellos commentari= orum puerilium & bonis viris, quorum iudicia male= uolorum obtrectationibus longe præfero, probari me= um ſtudium animaduerto, non dubitaui etiam hoc tempore iſtum in me laborem recipere, vt P. Terentij primam Comœdiam Andriam germanicè redderem, nouis Argumentis atq; ſcholis augerem, phraſibus la= tini fermonis ornarem, insignibus deniq; Ethicis do= ctrinis illuſtrarem. Vt autem voluntatem hanc me= am iuuentuti ſcholafticæ inferuiendi qualemcunq; Candidus lector benignè accipiat, vehementer oro.

a2^r

ILLVSTRISSIMO PRIN=
CIPÍ AC DOMINO Dn. ERI=
co Duci Brunſuicenli ac Lunebur=
genſi ſalutem plurimam di=
cit, ac feſe commendat,
QVIA conſenſu omnium ſe=
culorum atquē eruditorum &
bonorum hominum iudicio
confirmari video de Teren=
tio Poeta, & quod fit latini fermonis o=
ptimus artifex, & quod propter ſenile,
itaquē prudentiſſ. ac ſapientiſſ. ſcriptum
mire faciat, ad cognoscendos humano=
rum ingeniorum mediocres affectus, ηθη
quos vocant: volui & ego pro mea me=
diocritate efficere, vt à ſcholarum pro=
fessoribus rudi adhuc iuuentuti ita pro=
poni poſſit ſapientiſſimus Poëta, vt
non tantū balbum pueri os, ſed &
totam rationem vitæ informet, atquē gu=
bernet, id quod ſpero, commode fieri
poſſe, ſi latina germanicis coniuncta
fuerint.
Dedi itaquē operam, vt Germanica
a 2 lin=

a2^v

DEDICATORIA.

lingua legeretur. Nam feni iam olim
ab adolescentia (multis enim annis in
hoc pistrino elaborauit) quanta difficultate
à primæ ætatis hominibus ad expli-
cationem Germanæ sententiæ vnius
alicuius latinæ linguæ Scriptoris perue-
niatur, hoc est, vt latina non ineptè
vertas germanicè, & facias ex bonis la-
tinis bona Germanica.

Propterea Andriam nunc invulga-
re constitui, Idem facturus paulo pòst
cum reliquis Terentii Comœdiis, pri-
mum omnium, vt præbeam gustum
aliquem Terentii poematis Studiofis,
quantus sit linguæ latinæ Magister, &
bonorum morum præclarus monstra-
tor.

Deinde, vt facto periculo in hoc
primo Terentii scripto, intelligam,
quid nobis de reliquis eius Poëtæ operi-
bus sperandum sit, posthac quæ de in-
tegro nostro labore atque vigilantia il-
lustrabimus, spectanda an exigenda
lint prius.

Colle-

a3^r

DEDICATORIA.

Collegi præterea etiam ex variis libris M. Tullii Ciceronis locos triginata Terentii, quibus docet M. Cicero, Terentium suum familiarem, esse artificem cum formandæ & locupletandæ linguæ, magno delectu, & proprietate verborum, figuris orationis, & purò dictionis genere, tūm etiam instituendæ & informandæ vitae, ne scilicet faciamus hodiè, cuius nos pœnitere posset postridie, nimirum, vt redderem adolescentibus, nō omnino stultis, Terentii virtutes eò cōmendatores, cùm viderint ab eloquentiæ patre tantopere eas deprædicari.

Eft enim mutuatus Cicero sæpe nunc artificioæ partitionis, nunc perspicuæ & verisimilis narrationis, nunc rerum expetendarum & fugiendarum exempla, quæ sicut continent sanctissima morum præcepta, ita non puduit eum in suos libros ea ipsa, ad verbum descripta, transferre, adeò vt ipse dicat: Terentiano verbo libenter vtimur: di-

a 3 gnum

a3^v

PRAEFATIO

gnum ducens hunc Poëtam, cuius testi= moniis illufret & confirmet sua.
Placuit autem mihi, optime & cla= rissime princeps, maxime à te huius mei iuuenilis & in nonum annum aut amplius eò presi laboris, in hoc Poema sumere initium, & tuæ Celsitudini quicquid hoc est, consecrare. Prin= cipio, quia audio poft Christi cogni= tionem, quam cum lacte matris imbi= biffe diceris, in Terentii studio eouſqü progressum esse, vt nihil te fugiat, quod linguam & vitam (id quod in principe Germano, & in ea ætate mul= tum est) erudire, & meliorem redde= re valeat. Habuisti enim iam diu præ= ceptorem te dignum Antonium Cor= uinum, virum, & in literis Theologicis excellentem & verè magnum, tūm et= iam in omni genere optimarum diſci= plinarum cum laude verfatum, meum amicum.

Porrō, quia ex materno genere, Marchionum Brandenburgenſum fa= mili=

a4^r

ANDRIAЕ

miliam attingis, cui familiæ ego sum
addictiſ: eò quòd experior quotidie,
eam familiam summo ſtudio, magnaquū
animi constantia, Religionem, fidem,
iuſticiam inter homines colere. Macte
igitur virtutis efto, princeps Illuſtrifſ.
& pergitto hoc animo eſſe, & erga pie=
tatem, quæ nunc toto orbe terrarum
labefactari videtur, & erga Rempub.
cui impendent magnæ quaſſationes, vt
& Eccleſia & Repub. in tua virtute,
eruditione, atque prudentia, con=
ſtabiliri & conquiefcere poſſit.

Vigilia Natalis Chriſti,

Berlini,

M. D. XLIIII.

Tuae Celfitudini

addictiſ.

Ioannes Agricola

Islebienſis.

Præfatio.